

DIE XXII. AUGUSTI.

IN FESTO

SANCTI JOSEPHI

CALASANCTII A MATRE DEI,

CONFESSORIS, ET FUNDATORIS
 Ordinis Clericorum Regularium Pau-
 perum Matris Dei Scholarum
 Piarum.

Duplex.

*Omnia de Communi
 Confess non Pontif. præ-
 ter ea, quæ sequuntur.*

ORATIO.

Deus, qui per San-
 tum Josephum
 Confessorem tuum, ad
 erudiendam spiritu in-
 telligentiae, ac pietatis
 juventutem, novum
 Ecclesiæ subsidium

providere dignatus es;
 præsta quæsumus, nos
 ejus exemplo, & inter-
 cessione ita facere, &
 docere, ut præmia con-
 sequamur æterna. Per
 Dominum nostrum Je-
 sum Christum Filium
 tuum, qui tecum, &c.
 Rx. Amen.

A IN

IN I. NOCTURNO.

Lectiones, de Scriptura occurrentes.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

JOSEPHUS CALASANC-
TIUS à Matre Dei
Petraltæ in Aragonia
nobili genere natus, à
teneris annis, futuræ
in pueros charitatis, &
eorum institutionis in-
dicia præbuit. Nam ad-
huc patvulus eos ad se
convocatos in Myste-
riis Fidei, & sacris pre-
cibus erudiebat. Huma-
nis, divinisque litteris
egregiè doctus, cum
studiis Theologicis Va-
lentiæ operam daret,
nobilis, potentisque fœ-
minæ illecebris fortiter
superatis, virginitatem,
quam Deo voyerat, in-

offensam insig n victo-
ria servavit. Sacerdos
ex voto factus, à com-
pluribus Episcopis in
Castellæ novæ, Arago-
niæ, & Catalauniæ Reg-
nis in partem laboris
adscitus, expectationem
omnium vicit, pravis
ubique moribus em-
mendatis, Ecclesiastica
disciplina restituta, ini-
micitiis, cruentisque
factionibus mitificè ex-
tinctis. At cœlesti vi-
sione, & Dei voce fre-
quenter admonitus,
Romam profectus est.
Tu autem, &c.

R. Honesium fecit, &c.

Lectio v.

IN Urbe summa vitæ
asperitate, vigiliis,
& jejunii corpore affli-
gens, in orationibus,
& cœlestium rerum
con-

contemplatione dies, noctesque versabatur, septem ejusdem Urbis Ecclesias singulis fere noctibus obise solitus: quem inde morem complures annos servavit. Dato piis sodalitatibus nomine, mirum, quanto ardore pauperes, infirmos potissimum, aut carceribus detentos eleemosynis, omniq[ue] pietatis officio sublevaret. Lux Urbem depopulante, una cum Sancto Camillo, tanto fuit actus impetu charitatis, ut prater subsidia ægrotis pauperibus largè collata, ipsa etiam defunctorum cadavera suis humeris tumulâda trâsferret. Verum cum diuinatus accepisset, se

ad informandos intelligentiae, ac pietatis spiritu adolescentulos, præcipue pauperes, destinari, Ordinem Clericorum Regulatium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum fundavit, qui peculiarem curam circa puerorum eruditionem ex proprio Instituto profiterentur: ipsumque Ordinem Clementi Octavo, Paulo Quinto, aliisque Summis Pontificibus magnopere probatum, brevi tempore per plurimas Europæ Provincias, & Regna mirabiliter propagavit. In hoc autem tot labores perpessus est, ac tot ærumnas invicto animo toleravit, ut omnium voce miraculum for-

fortitudinis, & Sancti
Jobi exemplum dicere-
tur. Tu autem, &c.
sq. Amavit eum, &c.

Lectio vi.

Quamvis Ordini
universo præf-
set, totisque viribus ad
animatorum salutem in-
cumberet, numquam
tamen intermissit pue-
ros, præsertim paupe-
tiores, erudire, quorum
Scholas verrere, eoque
domum comitari con-
suevit. In eo summae
patientiae, & humilita-
tis munere, valetudine
etiam infirma, duos, &
quinquaginta annos
perseveravit: dignus
propterea, quem crebris
Deus miraculis coram
discipulis illustraret, &
cui Beatissima Virgo

cum puero Jesu, illis
orantibus, benedicente,
appareret. Amplissimis
interim dignitatibus re-
pudiatis, prophetia, ab-
dita cordium, & absen-
tia cognoscendi donis,
& miraculis clarus, Dei-
paræ Virginis, quam
singulari pietate, & ip-
se ab infantia coluit, &
suis maximè commen-
dayvit, aliorumque cœ-
litum frequenti appa-
ritione dignatus, cum
obitus sui diem, & Or-
dinis tunc propè eversi
restitutionem, atque
incrementum prænun-
tiasset, secundum, &
nonagestimum annum
agens, Romæ obdor-
mivit in Domino octa-
vo Kalendas Septem-
bris anno millesimo
sexcentesimo quadra-
gesimæ.

gesimo octavo. Ejus
Cor, & Lingua post sæ-
culum integra, & in-
corrupta reperta sunt.
Ipse verò multis post
obitum quoque signis
à Deo illustratus, pri-
mum à Benedicto De-
cimoquarto, Beatorum
cultu decoratus fuit,
ac deinde à Clemente
Decimo tertio, Pontifi-
ce Maximo inter San-
ctos solemniter est re-
latus. Tu autem Domi-
ne, &c.

Iste homo, &c.

IN III. NOCTURNO

Lectio S. Evangelii se-
cundūm Matthæum.

Lectio vii. Cap. 18.

IN illo tempore: Ac-
cesserunt Discipuli
ad Jesum dicentes:
Quis putas, major est

in Regno Cœlorum
Et reliqua. sup. nunc
in nobis et in nobis
Homilia Sancti Joani-
nis Chrisostomii.

In Cap. 18. Matth.
hom. 60.

VIdete, ne aliquem
istorum contem-
peritis parvulorum,
quia eorum Angeli Pa-
tris mei faciem semper
aspiciunt, & quia ego
propter eos veni, &
hæc Patris mei volun-
tas est, ad tuendos,
conservandosque pusil-
los, diligentiores nos
redit. Perspicis quam
ingentia in tutelam re-
nuium mœnia erexerit,
& quantum studium,
curamque habeat, ne
perdantur: tum quia
supremas decipienti-
bus

bus eos poenas statuit; i-
tum quia summam
pollicetur mercedem
his, qui curam eorum
fuscipliunt, idque tam
suo, quam Patris exem-
plo corroborat. Tu au-
tem, &c.

Bz. Ite est, &c.

Lectione viii.

Dominum igitur
etiam nos imi-
temur, & nihil pro
fratribus omittamus,
etiam eorum, quæ
humilia, viliaque ni-
mium videntur: sed si
administratione nostra
etiam opus fuerit,
quamvis tenuis, atque
abjectus quidem, cui
administrandum sit,
fuerit, quamvis ardua
nobis res, atque labo-
ris plena esse videatur,
omnia hæc pro fratribus

salute tolerabiliora, fa-
cilioraque, oro, videan-
tur: tanto enim studio,
tantaque cura Deus
dignum esse animam
ostendit, ut neque Fi-
lio suo pepercit. Tu
autem, &c.

Bz. Sint lumbi vestri,
&c.

Lectione ix.

Si non est nobis sa-
tis ad salutem,
quod virtuosè ipsi vi-
vamus, sed oportet
aliorum salutem re ip-
sa desiderare; cum ne-
que nos rectè vi-
vamus, neque alios ho-
temur, quid responde-
bimus? Quæ nobis spes
salutis reliqua erit?
Quid maius, quam ani-
mis moderari, quam
adolescentulorum fi-
gere

gere mores? Omni certe
pictore, omni certe
statuario, ceterisque
hujusmodi omnibus ex-
cellentiorum hunc du-
co, qui juvenem ani-
mas fingere non igno-
ret. Tu autem, &c.

TeDeum laudamus,
&c.

Elogium inferendum in

Martyrologio Romano:
R Om̄ depositio S.
Josephi Confessoris,
& vitæ innocentia,
& miraculis illustris,
qui ad studiendam pietate,
ac litteris juvenitatem,
Ordinem Clericorum Regularium
Pauperum Matris Dei
Scholarum Piarum fundavit.

DECRETUM.

ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM
Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum.

Ad enixas preces P. Cajetani à S. Agneta, Procu-
ratoris Generalis Ordinis Clericorum Regula-
rium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nomi-
ne etiam totius Ordinis exposcentis elevationem ritus
ad duplicitis prime classis cum Octava extensionem, eo-
rumdem ad Clerum Civitatum, Locorum, & Sodali-
tatum, quibus à Sancta Sede Apostolica recitatio jam
indulta erat, nec non descriptionem nominis, &c. in
Martyrologio Romano, Sancti Josephi Calafarctii à
Matre Dei, predippi Ordinis Fundatoris, Sacra Con-

gre-

gregatio, referente Eminentissimo, & Reverendissimo
Domino Cardinali Columna Urbis Vicario Ponente, &
audito R. P. D. Carolo Alexio Pisani Fidei Promotore,
prævia elevatione ad ritum duplicis prime classis cum
Octava pro Ordine tantum Scholarum Piatum, supra-
dicta Officium, & Missam propriam cum Octava, prout
jacent ab eodem Eminentissimo, & Reverendissimo De-
mino Cardinali Ponente examinata, & revisa, in pos-
terum in toto supradicto Ordine recitari, & respective
celebrari posse indulxit: Quo vero ad Clerum Civitatum,
Locorum, & Sodalitatum in præcedentibus indultis
comprehensum prædictorum Officii, & Missæ propria-
rum celebrationem, & recitationem benigne indulxit sub
eodem tamen risu, quo hactenus recitarunt, absque Oc-
tava, & cum Lectionibus primi Nocturni de Scriptu-
ra occurrente: necnon Elogium suprascriptum ab eodem
Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali
Ponente compositum approbarit, & in Martyrologium
prædictum referri posse concessit. Die 15. Martii 1768.

Fl. Card. Chisius Praefectus.

Loco Si  gilli.

V. Macedonius S. R. C. Secret.

Barcin. die 20. Octobr. 1769.

Reimprimatur.

De Rico V. G. & Offic.

Mlerde Apud Christophorum Escudèr, Typographi